

sēria, ae. subs. f. **FORMA** dem. seriola, ae PALLAD 4.10.10. **ETYM** a mediterraneo uocabulo forte commodatum. **DROM** cast. sera, serón, port. seira; nisi cast. serón ab Araborum lingua Hispania Africaque locuta proueniat šaira 'gaulus'. [FREQ humilis 43^{indicia} 3,4^{/d.c.m.} 254-184 PLAUT] uocabulum scriptis technicis ad agri culturam pertinentibus aptum; et litterariis omne genus praeter lyricos apparet, et prosa et uersu, usibus mediis docisque; inde ab initiis inuenitur usque ad Antiquitatis finem.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	2	0,4
	dramatica	2	4,6
	exponens	35	12
	narratiua	2	0,38
	satirica	2	10
DIACHRONICA	III-II aec.	9	22
	I aec.	3	1,1
	I-II ec.	25	6,4
	III-V ec.	6	0,86
DIAPHASICA	docta	3	1,4
	media	40	3,6
DIASTRATICA	litteraria	8	0,7
	technica	35	13
MODUS	prosa	39	3,2
	uersu	5	2,8

¶ uas fictile satis grande uino, oleo aliisque conseruandis aptum, operculo operienda • recipiente de barro y de buen tamaño apto para conservar vino, aceite y otros productos y provista de una tapadera, tinaja [HYPER uas DOM uino conseruando dolium, mustum, uinarius; oleo olearius; condituris aptum sal, sallire] 234-149 CATO Agr 10.4. opercula doliis seriisque priua. 11.3. series x. 29-9 LIV 24.10.8. in uico Insteio fontem sub terra tanta ui aquarum fluxisse ut series doliaque quae in eo loco erant prouoluta uelut impetu torrentis tulerit. 60 COLUM 12.55.4. inpositis ponderibus uas contegitur. 60 PERS 2.11. o si sub rastro crepet argenti mihi seria dextro hercule! 4.29. seriola ueterem metuens deradere limum. 330 ARN 2.37.1. tenebrosis ut corporibus inuolutae inter pituitas et sanguinem degerent, inter stercoris hos utres et saccati obscenissimas series. 380-430 PALLAD 4.10.10. in seriola ... suspenduntur mala, ne umorem tangant, et seria clauditur, ne uentus inrumpat. 400 HIST AUG Heliog 6.8. penetrale sacrum est auferre conatus cumque seriam quasi ueram rapuisset ... atque in ea nihil repperisset, adplosam fregit. Ps DOSITH Lei. Περὶ ὀστρακίνων De fictilibus. ἐπιπθον seria. DIG 50.16.206. «uinaria» uasa proprie uasa torcularia esse placet: dolia autem et series tamdiu in ea causa esse, quamdiu uinum haberent, cum sine uino esse desinerent, in eo numero non esse.

et condituris elaborandis conseruandisque aptum erat, qualia pernae, seu suillae carnes seu raphani • también podía ser utilizada para elaborar y conservar salazones, como jamones, carne de cerdo o rábanos 234-149 CATO Agr 162.1. pernas sallire sic oportet in dolo aut in seria. 60 COLUM 12.55.4. caro in libraria frustra conciditur. deinde in seria substernitur sal coctus. 12.56.1. rapa in alueo aut seria conponito.